



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

§. II. De Impedimento Conditionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

§. II.

De Impedimento Conditionis.

Impedim. § 4. **E** Tsi nomen *conditionis* satis amplum sit ad plura signifi-
 tum condi-
 tionis,
 quod?
 canda; in proposito tamen ex communi usu loquendi
 denotat statum servilem, seu Servitutem propriè di-
 ctam, qualis olim plurimum fuit in usu. Unde per *Impedimentum*
Conditionis intelligitur Error conditionis (de quo *num. prac.*) & tunc
 accidit, quando quis putatur esse liber, qui est servus propriè di-
 ctus. Et talis vulgò dicitur *Mancipium*: quale ita est Domini sui,
 ut illud Dominus possit ad libitum venundare. Hoc prænota-
 to, sit

Conditio § 5. **CONCL. I.** Conditio servilis; sive Servitus propriè di-
 servilis di-
 rimat mati-
 monium;
 quando?
 cta, est impedimentum dirimens matrimonij, quando liber
 contrahit cum serva, vel libera cum servo, ignoratà ejus condi-
 tione servili. Ita communis; & habetur decisum *c. Si quis inge-
 nuus 29. q. 2. & c. Ad nostram. de Conjugio servorum.*

Et quo jure? § 6. Existimant equidem plures Doctores, Conditionem
 servilem ignoratam dirimere matrimonium inter servum & li-
 beram jure duntaxat Ecclesiastico; prout tenet Sanchez *lib. 7.
 de Matr. disp. 19. n. 16.* citans pro hac sententia multos Doctores.
 Verùm sententia, asserens, Conditionem servilem de Jure natu-
 rali irritare matrimonium; satis probabilis est, aut etiam proba-
 bilior: siquidem Error conditionis evacuat consentum, prout
 notat Magister Sententiarum *in 4. dist. 30.* atqui sine consensu ma-
 trimonium Jure naturæ est nullum. Accedit, quòd in toto Jure
 non reperiatur textus irritans, sed potius irritatio, seu nullitas
 talis matrimonij supponatur. Insuper in matrimonio fit permuta-
 tio corporum quoad usum matrimoniale: atqui servus pro-
 priè dictus non habet liberum usum sui corporis, sicuti liber; er-
 go liber ignorans ejus servitutem non censetur consentire in i-
 psum, neque potestatem corporis sui velle commutare cum po-
 testate corporis servi, utpote quam ipse non habet; prout argu-
 mentatur Doctor Subtilis *4. Dist. 30. q. 1.*

Matrimo- § 7. **CONCL. II.** Nihilominus validum est matrimonium
 nium servo-
 rum inter
 se, an sit va-
 lidum?
 servorum inter se, licet in eatur domino contradicente; quam-
 vis per hoc non liberentur à consuetis servitijs domino suo præ-
 standis. Ita habetur *cap. 1. de Conjugio servorum.* Et hoc exten-
 dunt Doctores communiter ad eum casum, quo servus, pu-
 tans,

rans, se contrahere cum libera, contraxit cum serva: nam tunc non militat ratio *num. prac.* allata, cum quælibet pars æqualem sui ipsius potestatem transferat in aliam; neque error iste red- dat conditionem contrahentis deteriolem. Et hinc SS. Cano- nes duntaxat loquuntur de matrimonio liberi cum serva, vel e- contrà, ignoratâ ejus conditione servili, contracto, dum illud de- clarant esse invalidum.

58. CONCL. III. Si liber contrahit cum serva scienter, aut econtrà, validum est matrimonium: idemque dicendum, si prius quidem ignoratâ ejus conditione servili contraxit, postea tamen cognitâ rei veritate in matrimonium consensit, aut servam car- naliter cognovit. Ita communis; habeturque decisum *c. Pro- posuit. & cap. ult. de Conjug. servor.* Accedit ratio: quia quilibet po- test cedere juri suo.

Quid, si li-
ber contrahat scienter
cum serva

59. CONCL. IV. Quando servitus non est vera & propriè dicta, sed adscripticia solum, aut originaria, ejus error non dirimit matrimonium. Ita Sanchez *cit. disp. 19. n. 9.* cum commu- ni. Ratio est: quia hæc servitus non ita obsistit effectibus ma- trimonij, sicuti prior; unde nec ejus ignorantia censetur tolle- re sufficientem consensum pro matrimonio. Hinc Ecclesia nunquam legitur irritâsse, vel irrita declarâsse matrimonia cum talibus servis ignoranter inita.

Aut servitus
non sit pro-
priè dicta?


60. Ubi notandum, quòd communiter triplex assignetur genus Servorum. Primò enim aliqui sunt *Servi propriè dicti*, qui ita sunt juris domini sui, ut eos venundare possit: & tales di- cuntur *Mancia*, de quibus loquitur præsens Impedimentum Conditionis. Secundò, alij dicuntur *Servi adscriptitij*; & sunt illi, qui glebæ, seu prædio cuiuspiam colendo, sunt perpetuò addicti. Tertio, alij sunt *Servi originarij*; & sunt illi, qui ex adscriptitijs na- ti sunt.

Triplex ge-
nus servorum, nimirum
Mancia.
Servi ad-
scriptitij, &
Originarij.

61. Porrò, quamvis hæc utraque posterior Servitus, licèt antea ignorata, non sit impedimentum dirimens matrimonij, ut dictum: nihilominùs de Jure Canonico *Servi tum adscriptitij, tum originarij*, prohibentur ad Sacros Ordines promoveri in- vicis suis dominis, & ante manumissionem inscriptis Episco- po exhibendam; ut habetur *cap. Generalis. &*

Hi omnes
prohibentur
ad SS. O. di-
nes promo-
veri.

c. Admittuntur. dist. 54.



§. III.